



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

94. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti:

De eadem re. *Capit. xcii.*

XCIV. Statutum est ab Episcopis de Presbyteris, ut qui feminas secum indiscretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis suspitione denotantur, si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum, canonica invectione feriantur.

Lib. 1. Capitular. c. 98.
Burchard. lib. 2. c. 111.

Rectè hoc capitulum laudat Regino, si ratio habeatur veterum codicum. Etenim caput istud, quod in editionibus est xcviij. libri primi, xcii. est in codicibus Colbertino & Rivipullensi, ubi in libro primo desunt sex capita quæ extant in editionibus. In veteri codice MS. Bibliotheca regia, ex quo prodit prima editio Parisiensis, est numero xci.

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi cap. xxxviii.*

XCV. Placuit ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi abstineant à conjugibus, ut non generent filios. Quòd si hoc decretum violaverint, ab honore clericatus pellantur.

Concil. Vvorē mac. c. 9.

De eadem re. *Ex decretis Papa Leonis.*

XCVI. Lex continentiae eadem est altaris ministris quæ Episcopis atque Presbyteris; qui cum essent laici sive lectores, licitè & uxores ducere & filios procreare potuerunt; sed cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali

Decreta Leonis 1. c. 17.
Burchard. 1 b. 2. c. 114.